

# Universitätsbibliothek Paderborn

## **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

§. 2. Principium 2. Haberi debent ut infecta, quæ contra Jus manifestum  
sunt confecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

non prius acceptus ipsum à debita attentione impediret.  
al. Gobat. tr. 5. n. 419. probans ex alio axiomate à S. Paulo  
al. hom. 4. tradito: *Vbi non est lex, ibi nec Prævaricatio.*

Deducitur 2. Non peccare Sacerdotem, qui Matutinum  
in Sacri celebrationem non recitat, cùm nulla lex eam re-  
quonem præcipiens afferri queat, uti communior docet  
convenia Theologorum.

Deducitur 3. Eum, qui deliquit mortaliter, non teneri  
ad communionem sacram, uti Sotus apud P. Gobat. tr.  
al. 3. voluit, quia nulla obligatio est afferenda sine lege, uti  
al. 2. de Translat. Episc. & c. legatur 24. q. 2. leg. 99. ff. de  
oblig. colligitur.

## §. II.

### PRINCIPIVM II.

Saberí debent ut infecta, quæ contra ius mani-  
festum sunt confecta.

#### *Sensus.*

Hoc est, quandounque aliquis Actus manifesto Juri  
contrarius est, perinde quoad valorem aestimari debet, ac si  
infactus non fuisset, nisi certas ob causas ab ipso Jure susti-  
natur, quo modo toleratur Matrimonium contractum post  
cum simplex continentiae; vel contra Interdictum Eccle-  
siae cum Neophyta à se in Fidei articulis ante Baptismum  
sum. Item ordinatio Clericorum, & Consecratio Ec-  
clie ab alieno Episcopo facta; ac Sententia Judicis durius,  
sunt conditione lata, ut ex pluribus textibus probat Cani-  
c. reg. 64. Juris.

#### *Authoritas.*

Desumptum est ex l. 6. decret. c. fin. reg. 64. Item ex le-  
gibus. 5. C. de legibus, illudque referunt, & approbant  
Dyanus & Dynus in cit. reg. Juris.

#### *Ratio.*

Quia leges non debent fovere iniquitatem, atque a deo  
approbare eos Actus, qui contra Leges sunt facti, nisi  
ad uitigat boni communis ratio.

#### *Praxis.*

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. Si res Ecclesiæ vel Pupilli alterem  
contra Juris formam, invalidam esse alienationem, uti in re  
de rebus Eccl. non alienandis in 6. & le 22. C. de adminis-  
tor. deciditur.

Deducitur 2. Electionem contra Jura factam pro in-  
lida habendam esse, uti ex Cap. congregato 53. de electione  
habetur.

Deducitur 3. Stipulationes quoque & mandata con-  
Jus facta nullius esse momenti, uti in cit. le. non dubium ha-  
betur.

**§. III.*****PRINCIPIVM III.***

**Impossibilium nulla est obligatio.**

*Sensus.*

Hoc est, quando aliquis dispositioni vel legi condi-  
tionem impossibilem (qualis est, quæ vel simpliciter, vel cer-  
tum sine dispendio bonorum morum fieri non potest) adjungit  
nulla ex tali dispositione aut lege obligatio oriri potest.  
fortè per fictionem Juris dicta conditio pro non adjecta ha-  
beatur, uti in Matrimonio & ultimis voluntatibus con-  
git.

*Authoritas.*

Desumptum est ex 1.6. decret. c. ult. re 6. & 31. Item 1.  
& 185. ff. de reg. Juris, illudque referunt, & explicant Caninus,  
Dynus, Decius in cit. reg. uti & Barbosa axiom. 118. o. 1.  
cum pluribus aliis.

*Ratio.*

Quia, cum ex una parte omnis obligatio in faciendo  
dando consistat; ex altera verò parte id, quod est impossi-  
ble, fieri, dari que non queat, hoc ipso is, qui conditionem in  
possibilem adjungit, dispositione vel legi, seriam volumen  
tem disponendi, vel obligandi non habuisse censeretur, uti  
le: non solum 30. ff. de act. & oblig. habetur.